

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 108

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 247.

Cod. CVIII. n. 1.

247.

13.

Laurentii Abb.
Seitenstett. Sched.
dula donat: 1395.

188a

Laurentii Abbatis Seitenstettensis Schedula
donationis factae Joanni de Teya a^o 1395^e
de quodam fundo claustrali ad diem vitae
sub certis conditionibus. Incipit: "Wir lau-
rencius von göts genaden appt". Agglu-
tinata est usque compacturae, temporum,
que injuria magnopere detrita. Non du-
bito, quin in Lenini nostris seruetur re-
condita.

Cod. CVIII.

Chartae. Fol. loc. 15.

A.
5.15.

1

Socii sermones
de sanctis et
festiuitatibus:

1a-167a

Socii sermones de sanctis, et Festiuitati-
bus per annum. Titulus est: "Incipiunt
sermones de sanctis, et de sumis festiuita-
tibus. Iti magistri Socii." De S. Andrea
primus sermo. Initium est: "Venite post
me faciam vos socii: Mt 111^o. Dicit Gregorius
expressens verbum propositum". Ultimus
sermo est de S. Trinitate, in cuius calce
apposuit scriptor: "Explicit Socius de
sanctis et aliquantulum de tempore de me,
incipit festiuitatibus per manus Mathie
Katerpenth.

S 167

248.

Cod. CVIII. n. J.

(a) Script: Univer:
Vienn: Sec: II.

Authorem istorum sermonum non esse Wolf-
gangum Saggium; quem Ludov. Schönleben
Loccium appellat; circa annum 1573 Canon
S. Stephani Viennae, (a) vel ex descriptore Ma-
thia Kataysekh liquet, qui iam aō 1409 Ca-
tholicon Joann. Zamucensis descripsit, ut
videre est supra Cod: XCIX. Huius autē
apud Eruditos Loccius nullus comparat; unde
procul dubio Loccios illos sermones praecu-
lis habemus; de quorum origine Carol. de Vischo
in Bibl. Script: Ord. Cisterc: p. 299 haec dis-
serit: "Loccii sermones per anni circulum
a quodam egregio, S. theologiae profesore,
ordinis cisterciensis, conventus in Marien-
rayd; Maria Roda; prope Hildesheim
conscripsi fuerunt. Hic enim doctor; ut
habet praefatio ad dictos sermones; sermo-
set ingenio clarus; et in scriptura potens;
nec non in componendis sermonibus expe-
ditissimus, indignum ducens talentum si-
bi a Deo praestitum, et infusam gratiam
sine fructu perire, sermones quosdam de
tempore, et de Sanctis per anni circulum
composuit. Verum quia humilis erat in-
genito quodam rubore devictus, eosdem
sermones quoad vixit non praesumpsit
publicare. Moritur tandem in granda-
va aetate, et fratres ejus cellulam emun-
dantes, hos ipsos sermones in Loccis,
seu sotularibus ejus absconditos inveni-
entes, gavisissimi de tanto thesauro, eos pub-
licaverunt. At quia in Loccis inventi
sunt, a re gesta sermonibus nomen indi-
derunt, et sermones Loccios intitulaverunt.
Deinde eos incipere ait: "Cause a
mortuis ec:" quod utique de sermonibus de

Lern
Dri
lane

167

Fr
20Lern
70

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 108

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 249.

Cod. CIX.

249

tempore intelligendum venit. Ass: catant
tribus, vel quatuor voluminibus in Bibl:
ad Sotos Viennae. Jam ex his Sotis Ma-
thias noster Katspekius Magistrum Soc-
rum infeliciter satis creavit.

2

Sermones de Festis
Dni, S. V. M. et
Sancti. 32 annis.

1676-300b

Sermones de Festis Domini, S. V. M. et
Sanctorum per annum. Primus est de S.
Trinitate, et incipit: "O altitudo divi-
tiarum dei. Festum de Sancta Trinitate
olim non fiebat ab Ecclesia." Quamvis
nullum appareat de authore vestigium,
ejusdem tamen esse, cujus sunt praecedentes,
tam stili aequalitas, quam idem
omnes fere sermones inchoandi modus per-
suadent; nempe: Dicit Gregorius; Di-
cit Bernardus; Dicit Chrysostomus de.

Cod. CIX.

Cartae: Fol. Soc: 15.

A
5.16.

Breviarium
Romanum.

libellus Blatt
got. handschriftl.

Breviarium Romanum aō 1489 scriptum,
Salisburgensis, uti videtur Dioecesis. Primis
tribus foliis aliena manus inscripsit: "Be-
nedictiones per hebdoma, et psalmos de Apo-
stolis. Dein ipsum Breviarium incipit de

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 108

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at -
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: manuscripta.at/?ID=27445

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER - Online manuscript description \(HMML\)](#)